



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Eucharistia,
Eivsqve Adoratione, Libri Qvinqve**

Espence, Claude d'

Parisiis, 1573

Cap. I. Argumentum totius operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397



CLAV. ESPENCEI
THEOLOGI PARISIENSIS
DE EUCHARISTIA, ET EIVS
ADORATIONE,
LIBER PRIMVS.

Argumentum totius operis. Cap. I.



V M E S S E M V S Pisciaci
anno 1561. & quantoperè
vgeremus, & à ministris ex-
traordinariis cōtenderemus
ac exigeremus, quod est in
Eucharistiae sacramēto lon-
gē p̄cipuum, hoc est, Do-
minici corporis atq; sanguini-
nis in iis sacrosanctis myste-
riis pr̄sentiam, tantoperè
contrā illi refugerent, restitarent, abhorrent: subiit mi-
rari, id nobis à duodecim Ecclesiæ, si Deo placet, refor-
matae delectis adeò pernegari, quod ex eis duo selecti,
mihi alias nominati, totidem ex nostratibus non adeò
ægrè concesserant. Horum, inquam, autoritatem, iure a-
pud eos alioqui magnā, cur iidem abnuissent, & abnuere
ita pergerent, vehementer admirabar. Quærentique cau-
sam, fuit qui mihi tandem responderet, se ex eis nonni-
hil subauscultasse, quasi subdubitarent me ex hac, siqui-
dem eam obtinerem, pr̄sentia, illaturum adorationem,
hoc est, dogma peræquè illis odiosum & inuisum. Tum
ego, illatus, inquam, sum quod in bona & vera conse-
quentia inferendū videre mihi videbor. Et certè ad eum
totius retrò Ecclesiæ Cat holicæ ritum probandum, pro-

A

D E E V C H A R I S T I E

pugnandumque videbar mihi aliquantulum paratus: sed iussus sum de rebus multò aliis lubitò pedem cum eis conferre. Aliquantò pòst in fortuito ea de re colloquio doctus quidam & multæ tum lectionis , tum etiam eruditionis Episcopus non minus mirabatur eum à nobis cultum sic vrgeri, cuius tamē, præter vnum Augustinum, & eius quidem locum vnicum , nullus in Ecclesia veteri testis, nullum extaret , graue præsertim & amplum , plenūmq;, nec eleuatum, sed autoritate præditum testimoniū. Vtrunque igitur nunc viderimus, & quām rectè sequatur adoratio præsentiam, vel comes potius, adeoque coniuncta sit, & eius ritus cultusque in Ecclesia non vnu testem aut testimonium , verūm adcò multorum, adeoque grauium & locupletum testium , vt vniuersalem inde conicere ac colligere licet consensum Christi fidelium. Quanquam vna vtrunque, simul, quod aiunt, & semel videre fuerit: & huius enim ritus cultusque Ecclesiastici ratio , certa constans & firma Ecclesiæ de hac præsentia fides est & confessio, vt Christum nimirūm Deum hominē, vbi vbi fuerit, adorandū, sic proinde corpus eius & sanguinem, vbi præsentia cumque credunti, & agnoscantur, personalis cum diuino v E R B O vniōnis ergo adoranda. Ideoque vt qui præsentiam non agnoscūt, & adorationem negant, suo dogmati consentientia dicunt, & iniuriam suo, vt ita loquar, iure faciunt : ita qui præsentiam nobiscum (dissimiliter licet) docent & vrgent, adorationem tamen contra nos alij quidem indiferentem ponunt & statuunt, alij verò deponunt & destituunt, non magis sibi quām nobis consentanea , aut minus dissentanea scribunt. Is est hodiernus vertiginis & contradictionis vbique spiritus:is disensionis , cuius nihil interest quod dicat, modo contradicat: Hæc huius seculi mens, quod ait Poëta,

Martial.

§. II-4.

Insequitur fugio fugis? insequor:

Velle tuum nolo, perdite:nolle volo.

Nos autem redeamus ad Deū pacis, & qualis hic fuerit Apostolicus, hoc est, Ecclesiæ primitiæ, adeoque Catholicæ, ritus, discamus simul & doceamus.